Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



196

cuius uis manus pugnet contra me. Dies
mei transierunt. cogitationes meę dissipatę
sunt. torquentes cor meum. Noctem uerte
runt indiem. et rursũ post tenebras spero
lucem. Si sustinuero infernus domus mea est.
in tenebris straui lectulum meũ. Putredini
dixi. pater mĩs es. mater mea et soror mea
uermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio
mea et patientia mea. Tu es dn̄e ds̄ meus.

℟ Redemptor meus uiuit et in nouissimo resurgam et renouabuntur denuo
ossa mea et in carne mea uidebo dominum meum. ℣. Lauda anima mea dominum
laudabo dominum in uita mea. psallam deo meo quam diu ero. ℣ Et renouabunt.

Pelli meę consumptis carnibus Lectio libri iob. ·VIII·
adhesit os meũ. et derelicta sunt tantũmodo
labia circa dentes meos. Miseremini mei.
miseremini mei saltem uos amici mei. quia
manus dn̄i tetigit me. Quare me psequimini
sicut ds̄. et in carnibus meis saturamini. Quis